



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von
Erfurti, 1675**

XXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Supplicium tis intercessionibus tradunt. Illud † igne
incendiarii cremandum esse , qui fortunas aliorum
 flamma subvertit , judicabat , sed non
 simplicem pœnam atrocissimo sceleri suffi-
 cere. Igitur à lictoribus raptus , in foro
 majore infrà Basilicam palo alligatur , nu-
 dataque latera forcipibus cendentibus la-
 cerantur. Atrox spectaculum , sed quod
 apud neminem misericordiam invenit,nec
 penes reum pœnitentiam. Lictor miserè
 dilaceratum , & adustum , an non de in-
 genti facinore , de ruinis domorum & du-
 arum præcipue Collegiatarum Ecclesia-
 rum doleret? interrogat , ille circumspi-
 ciens † Monasterium S. Petri nutu mon-
 strat , integratem ejus esse , quam dole-
 at , cætera nihil ; dummodo illud in cine-
 ribus videret , in suos se deinde libenter
 abiturum. Postquam vigesies & semel
 forcipibus laceratus , in carpento extra
 Urbem tractus , ac semianimis rogo inje-
 ctus in pulverem ustus est. Sex Correi
 & delicti complices igne cremati , duos

In Correos fumiliter a-
nimadver-
situt.
 * MCCCCL
xxiii.

fuga rogo subduxit. Passim rupturæ lapi-
 dum in ædificiis & muris istam ignis rab-
 em hodie post duo sæcula testantur. *

Totum Imperium & ipse Cæsar ad com-
 miserationem motus , privilegium nun-
 dinarum afflictæ Urbi concessit , ut facilius
 ex clade emerget.

In Carolum
XXIX.
Burgudum
Erfordia
Moguntini
Sequimur.

Nihil animi perdidit Erfordia. In Ca-
 rolum Burgundum , † qui audaci pugnaci-
 tate Imperium terruerat , bellum decer-
 nitur.

nitur. Moguntinus (*a*) Urbi suæ arma indicit, aut si decem millibus aureorum redimere sequelam hac vice mallet, aliundè se copias integraturum. † Erfurtenses non se peris, sed manibus pro securitate Imperii, pro Matris honore pugnaturos respondent. Absit majorum gloriam empto otio fœdarent. Missos sub Capitaneo trecentos quinquaginta selectissimos è Civibus multo apparatu, sed hoc uno mandato instruunt, ne quid fortitudini majorum indecens admitterent. Senatus domi de subministrandis sumptibus, ipsi foris de gloria Civitatis solliciti essent. Per-
 gunt gravi pompâ Moguntiam, tamque liberaliter, ut regiis proventibus crederes,
 vivunt. † Ventum in castra Noveium, ubi primò omnium tentoria vario comeatu replet, potus in omni genere vini, escuenta delicatoria erant, quam ut castris convenirent. Nunquam sine convivis cœna. Sed non minor fortitudo, quam luxus, illam Adolphi Electoris præsentia animante. Ubi laceffendus hostis, nulla pericula formidabant. Felices successus gloriam auxerunt. Reversis à strage hostium exercitus Cæsareus applausit:
Fidelis Moguntinæ Sedi Filia trophæum, & honorem denuò reportasti! fama rerum egregiè gestarum Civitati gratissima accidit, laudibus obnoxiae, focos oppignorasset, ne quid pro honore Urbis pugnantibus deesset.

K, 3

Quater

(a) MS. Chronicon Erfurt.

*Redimere
sequelam
renuntio.*

*Liberalitas
& fortitudo
Erfurtenſ-
um.*

Quater centenis millibus florenorum expeditio constitisse dicitur , quæ decem millibus redimi potuisset. Contraxit morbum iisdem in castris Adolphus , (a) vestitusque Eltuillam extinctus est. * Ut redintegratur Electoratus , Dietherus iterum eligitur. Necdum prodigæ dispensationis finis erat. Ludi † Catapultarii publicè indicuntur. (b) Dies S. Jacobi huic festivitati sacratur. Veniunt hospites Wilhelmus Saxonie Dux Vinariensis , Henricus Comes de Schwarzenburg unà cum filiis , & Ernestus Comes de Gleichen. Civitates etiam variæ per legatos aderant. Non Catapultis solum , & telis de braviis , sed aliquot septimanis omni festivitatum genere lusum est. Præcipue nova tunc , nec ante visa olla fortunæ à Senatu proposita varios affectus pro varietate sortis provocavit.

- (a) Serarius in *Adolfo II.*
 (b) MS. *Chronicon Erfurtense.*